

## NOTAE

1 Latiōri sensu dogmatica dicitur theologia prout a morali distinguitur, et similiter latiori sensu positiva dicitur trtheologia quae contra scholasticam, speculativam, systematicam dividitur. Qui quidem usus sub finē saec. XVI incepisse videtur (cf. M.-J. Congar, DTC art. Théologie, DTC 29[1946], 424-439 424-430) et iam pridem communiter recipitur.

Sed ipsis studiis proficientibus, evolvantur necesse est et studiorum divisio et divisionum nomina, ne graviores oriāntur confusiones, fallaciae, omissiones. Qualis olim erat theologia positiva, talis iure dicebatur dogmatica quae fini dogmatico vel saltem apologetico directe inserviebat

NOTAE

4 Secundum usum communem non adaequate distinguuntur theologia dogmatica et theologia positiva, cum illa & contra theologiam moralem dividatur, haec contra theologiam scholasticam, speculativam, systematicam (cf. M.-J. Congar, art. Théologie, DTC 29[1946], 426-430, 462 ss.). Sed proficientibus ipsis studiis positivis, nunc potius distinguenda esse videntur quae antea identificari poterant. Quotquot enim recentius de re biblica, patristica, mediaevali, aliave huius generis scribant, non tam finem dogmaticum vel apologeticum intendunt, quam exactiss antiqui auctoris mentem sensumque exactissime determinare.

## NOTAE

4 Eo sensu diximus partem positivam, quo superius (nota 1) distinximus eiusdem tractatus partes instrumentalem, positivam, dogmaticam, systematicam. Qui loquendi modus ab ~~memorandum~~ illo usu recedit qui inde a fine saec. XVI theologiam dividit in scholasticam et positivam (M.-J. Congar, art. Théologie, DTC 29[1946], 426-430) ut utramque nominet dogmaticam (ibid., 462 ss.).

Respondetur tripliciter adhiberi nomen, Deus: uno modo, ut nomen personale Dei Patris, et sic fere semper in NT<sup>41</sup>; altero modo, ut nomen quod Patri erat personale sed iam interdum ad Filium extenditur, et sic apud Io 1, 1; 20, 28; et forte 1 Io 5, 20; tertio modo, ut nomen Patri et Filio commune, et sic in usu posteriori. Proinde circa locum allatum tripliciter distinguitur: si primo modo sumitur Deus, nulla est difficultas nam Filius non est Pater

(c) Quod Christus homo "propter peccata" passus et mortuus est, hoc veritatem habet non solum secundum voluntatem divinam sed etiam secundum voluntatem Christi humanam.

Quod hoc veritatem habet secundum voluntatem divinam, vide thesin 15<sup>m</sup>, partem 4<sup>m</sup>: propter peccata commissa oportebat Christum pati et mori, divina ordinatione atque iudicio.

Quod veritatem habet secundum voluntatem Christi humanam constat ex scientia Christi et perfectissima eius obedientia quae non solum fecit quod praeceptum est sed etiam ob eam rationem fecit propter quam praeceptum est.

(d) Eatenus Christus homo secundum voluntatem suam humanam propter peccata passus et mortuus est, quatenus peccata detestatus est et de peccatis dolet.

Nam "propter peccata" dicit motivum; et eatenus hoc motivum movet, quatenus quis peccata detestatur et de iis dolet.

(e) Ad idem ergo redit, sive dicis Christum propter peccata esse passum et mortuum, sive dicis Christum esse passum et mortuum quia peccata detestatus est et de peccatis doluit.

Ubi enim primum dicis, ad motivum attendis; ubi autem alterum dicis, ad voluntatem motivo motam attendis.

(f) Quaecumque de satisfactione Christi dicuntur, nisi magis explicite non declarant quod iam ex scripturis cognoscitur, nempe, propter peccata Christum esse passum et mortuum.

Nam evolutio dogmatis et evolutio theologica eiusmodi sunt ut nisi transitum de implicito in explicitum non faciunt. Et quod in scripturis de satisfactione Christi habetur, brevi compendio est Christum propter peccata esse passum et mortuum.

certum pervenire.

Diximus positivum non statim sed aliquando in clara luce  
omnia collocare velle et ideo non semper certam emirr emittere  
sententiam sed potius, quasi suspenso iudicio, m̄m̄m̄ non dicere  
nisi quae probabiliora ei viderentur videantur. Sed dogmaticus